

80 Alij sic distinguunt: si Prioratus est de mensa prioris monasterij, acquirit priori monasterio; si vero se paratus, ita ut hic Prior obedientia prioris monasterij liberetur, acquirit Prioratui: si vero non liberatur, & acquirit de rebus Ecclesie, acquirit illi. Idem si sunt illi relicta inuenta alicuius; si vero aliunde, etiam acquirit Prioratui. Sic Pacif. cap. in presentia numero 183; de probat.

81 Sed questionem hanc optime decidunt Berouius d. cap. in presentia numero 549. & ipsum sequutus Riminald. iunior conf. 342. numero 39. & 40. volum. 3. vbi sic distinguunt. Si religio illi facta Priori alterius monasterij, relinquatur aliquid facta Prioratus mentione, vel acquirat aliquid ex re, vel propter rationem dicti Prioratus, acquirit Prioratui; secus si simpliciter aliquid sibi obtinuerit ex testamento, vel ab intestato, vel aliunde: tunc enim conferetur contemplatione suae personae sibi relicto, & ideo acquireret monasterio in quo professus est. Quippe dignitas accidentalis non debet in dubio propriam, & originariam naturam alterare. l. fin. ff. de fund. instruit. & ideo praefertur monasterio, in cuius potestate est monachus, alij monasterio, in quo accidentaliter habet Prioratum.

CAPVT XXXIII.

Cui acquirant religiosi a potestate, vel a religione eieci, siue transferint ad aliam religionem, seu ad aliud beneficium ecclesiasticum, siue non,

SVMARIVM.

- Quae quaestiones disputantur sint n. 1.
- Cui acquirant apostatae, & fugiui a religione, quando ad aliam religionem, aut ad aliud beneficium non transferuntur. num. 2.
- An per religiosos apostatas, & fugiui acquiratur bonorum per ipsos acquisitionum possessio religioni? numero 3.
- Quid si hi sint in partibus remotissimis? n. 4.
- Quid si diu sint in libertatis possessione, & quomodo constare debeat eos esse religiosos? n. 5.
- Quid si contradicente monasterio acquirant? n. 6.
- Quid si monasterium negligat eos reuocare? n. 7.
- Quid si monasterium sit succedendi incapax? n. 8.
- Quid circa hoc fit dicendum attento quodam motu proprio Gregor. XIII. n. 9.
- An apostata, & fugiui, vel alij, qui minus legitime transiere ad aliam religionem, eo quod non seruatum condicione ad transfatum licitum petant, acquirant posteriori? Refertur quaedam sententia. n. 10.
- An illa sit vera sententia, quando monasterium mala fide recepit, & exigatur mala fides Praelati cum conuentu? num. 11.
- Quid si tunc acquirat contemplatione posterioris monasterij? num. 12.
- Quid si monachus fugiuius, & apostata possideatur bona fide a posteriori monasterio putatio? Refertur quaedam sententia. n. 13.
- Explicatur sententia auctoritatis a n. 14. usque ad 18.
- An praesumatur legitimus transfusus ex diuinitate temporis, qua religiosus est in posteriori monasterio? numero 19.
- Cui acquirat religiosus apostata, vel fugiuius, qui transiit ad Ecclesiam secularem. Refertur duplex sententia. numero 20.
- Explicatur sententia auctoritatis. n. 21.
- Post numerum 21. inuenies summaria, qua desiderantur.

DVPLEX quaestio agitata proponitur. Prior de apostata; seu fugiui a religione: posterior de eius, qui ab ipsa ob propria merita sunt legitime expulsi.

QUESTIO prior. Cui acquirant apostatae, seu fugiui a religione. Tripliciter te possunt hi habere. Primo, quando in eodem statu permanent. Secundo, quando mutantur statum transiundo ad aliam religionem. Tertio, quando mutantur statum, eo quod ad Episcopatum, vel ad aliud beneficium ecclesiasticum promoti sunt. Et primo quando in eodem statu permanent, dicemus primum, quid iure communi statum sit: deinde, quid per quemdam motum proprium. Et iure communi certum est hos acquirere monasterio; immo potest eos Abbas cum omnibus per ipsos acquisitis vendicare; quod expressè decernitur. c. Abb. 18. q. 2. sicut idem contingit in seruo fugiuius, qui a nullo alio domino possidetur. l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amit. poss. & fatentur omnes DD. allegandi.

Immo per eos religiosos apostatas, & fugiuius eorum bonorum acquirunt possessio monasterio, sicut patri per filium fugiuius; quia ratio huius possessionis acquirendae est sola potestas patris in filios, & Abbatu in religiosos, quae ratione illius fugae non cessat. Sic Bart. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. numero 2. ff. de acquir. poss. & ibi Imola num. 30. Alex. numero 9. Iason lare probans a num. 13. vsque in fin. vbi alios contrarium tenentes reprobat. Ant. c. cum olim el. 2. num. 37. de priuileg. Card. numero 7. vers. quare, an possessio. Innocent. ibi. num. 4. Ioan. Andr. num. 7. Hostiensis n. 13.

Quod quidem verum est, quantumcumque in partibus remotis sit ille apostata; quia ratione illius distantiae ius monasterij nullum detrimentum pati debet. Sic Abbas c. quod ante. numero 7. de cleric. comug. Rosella in summ. verb. religio. 4. quest. 10. Tapia aub. ingressi. verb. sua. c. 7. num. 3. c. de sacros. Eccles.

Nec distinguendum, an religiosi ij diu steterint in possessione libertatis, an non: quamuis aliqui, quos ratio nomine refert Antonius statim allegandus, dicant hos non acquirere monasterio, quando diu, id est, decennio, steterint in libertatis possessione, sicut de seruo deciditur l. per eum. ff. de acquir. poss. §. final. Sed dicendum est, nullam temporis moram his religiosis prodesse, quin possint cum omnibus per eos acquisitis ab Abbate vendicari: quia text. d. c. Abbatu, indistinctè loquitur. Atque ita docent Hostiensis c. final. numero 3. de regul. & ibi Andr. numero 2. Anton. num. 6. Cardin. numero 2. quaestio 1. Anchar. numero 10. Ananias num. 8. Henric. numero 1. Cuman. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. numero 3. ff. de acquir. poss. D. Anton. 3. part. tit. 1. §. 6. c. 5. §. 1. Syluester verb. apostata. quest. 9. num. 12. Tapia eodem verb. sua. c. 7. num. 2. Cabed. in decis. Senatus Lusitani. 3. part. decis. 196. num. 1. Quod quidem verum est, quando constat eos religiose esse; quod si non constat, debet inquiri de plano, & sine libello, quia dedecet feruos Deitalibus strepitibus interesse. Atque ita docent Hostiensis, Ioan. Andr. Anton. Card. Anchar. Ananias, Henric. ibidem.

Insuper hoc verum est, quamuis religiosi illi apostatae interdiente monasterio acquirant, quia interdium monasterij solium operabitur, vt religiosus ille acquirendo peccet; non tamen priuabit monasterium iure illa acquisita capiendi. Sic Innoc. c. cum olim el. 2. num. 3. de priuileg. & ibi Anton. numero 35. Hostiensis numero 12. Ioan. Andr. numero 5. Cardin. numero 4. vers. quid si velatur. Anchar. numero 17. Henric. numero 4. Rosella summ. verb. religio. 1. num. 1.

Sunt tamen haec duplici limitatione temperanda. 7 Prior est, nisi monasterium negligat cum religiosum apostatam repetere, de qua te dicemus.

Posterior limitatio est, nisi monasterium illius apostatae, aut fugiui sit incapax succedendi. Tunc enim succed

succedent sanguine illius, qui sunt haeredes ab intestato; sic Mandel. conf. 493. num. 1. vol. 3. Sed hoc verum habet, si monachus ille institueretur haeres, quod sit institutio incapax, & monasterium eius nomine. At si extra hunc casum aliquid acquireret, id esset monasterij, quia fit esset in monasterio, illi ea acquireret, vt diximus supra.

Tandem habentis dicta sunt vera, stando iure communi; nam attento motu proprio Gregor. XIII. incipiente; Officij nostri, regularis apostata non acquirit religioni, sed Camerae Apostolicae, quae extra monasterium, & statum regularem comparat. Sic Nauarr. lib. 5. consil. in i. ed. tit. de regul. conf. 80. num. vnic. in 2. tit. de statu monach. conf. 17. n. vnic. Sed ille motus proprius tantum dicit succedere in hac bona post mortem huius religiosi Camerae Apostolicam, & loquitur de bonis vendicuum obuenientibus, siue ex testamento, siue ab intestato, siue industria religiosi parata sint, siue quouis alio modo acquisita.

In secundo casu, nempe, quando regularis apostata, aut fugiuius mutat statum transiens illegitime ad aliam religionem, aliqui absolute, & indistinctè tradunt, eum reuocari posse ab Abbate suo cum omnibus bonis per ipsum acquisitis: quia cum illegitimus sit transfusus nullum ius comparat posteriori monasterio ad ea bona. Sic docent Hostiensis. cap. final. num. 4. de regul. & ibi Ioann. Andr. num. 3. Anton. num. 3. Abbas num. 3. Cardin. num. 2. quest. 5. Anchar. num. 10. Ananias num. 8. Henric. num. 2. Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. 2. part. vbi de successione regularium. num. vltim. Reodoan. de spol. eccles. quest. 8. in prime. num. 78. Petrus de Perus. de mutat. stat. Eccles. cap. 1. n. 4. D. Anton. 3. part. tit. 1. §. 6. cap. 4. §. 3. & cap. 5. §. 1. Rosella summ. verb. religio. 4. num. 1. Angel. verb. religiosus. num. 44. Syluester verb. religio. 4. quest. 10. Armill. verb. religio. numero 17. & ibi Tabiena quest. 27. num. 28. Nauarr. comment. 4. num. 24. vers. 11. de regul. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 15. quest. 3. Molina tom. 1. de iust. dist. 1. §. 4. col. 13. vers. quando religiosus post emissam professionem. Manuel qq. regular. tom. 3. quest. 52. art. 27. & tom. 2. quest. 79. art. 2. Cabed. in decis. Senatus Lusitani. 1. part. decis. 196. num. 1. Atque idem bene docent Petrus de Perus, & Cabed. ibidem, quamuis non essent apostatae, nec fugiui, sed minus legitime transfusissent ad aliud monasterium, eo quod non seruassent conditiones iure ad transfatum petitas.

Ad haec sententia proculdubio vera est, quando mala fide possidetur a posteriori monasterio, sciente cum minus legitime transfatum esse; quippe tunc nullum ius in ea bona comparat: & siue monachus acquiratur filio, siue seruo, nullatenus monasterium acquirat huiusmodi bona, quia nec seruus acquirat possessori male fidei. l. 1. §. sed & per eum. ff. de acquir. poss. nec etiam filius. l. per eum in princip. §. eadem tit. & ita fatentur omnes DD. allegandi. Sed Roman. l. §. seruus eius, qui num. 12. ff. de acquir. hered. petit sub dubio, ac cogitandum relinquitur, quasi mala fides Praelati fides nequeat in hoc casu prauidicere iuri huius posterioris monasterij. At merito reprobatur Tapia aubent. ingressi. verb. sua. cap. 6. numero 20. c. de sacros. Eccles. quod hic agit de bonis querendis a posteriori monasterio ex persona huius religiosi. At in bonis querendis solus Praelatus potest prauidicare.

Est tamen limitanda haec sententia, nisi religiosus hic contemplatione posterioris monasterij aliquid acquisisset; id enim in illius vtilitate monasterij cederet. arg. ex c. requisiti, de testam. & ita docent Barth. Socin. l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num. 8. ff. de acquir. poss. Tap. eodem verb. sua. c. 6. n. 20.

At difficultas est, quando bona fide monachus hic fugiuius, & apostata possidetur a posteriori monasterio. Nam DD. quos terulimus num. 10. videntur sen-

tere, hunc acquirere priori monasterio, cum indistinctè loquantur; & in propriis terminis tradunt Alexander l. v. §. per seruum, qui est in fuga. num. 1. §. ff. de acquir. poss. Imola, & Paulus; vt eos refert Tapia d. verb. sua. cap. 6. num. 21. Idque probant, quia monachus acquiratur filio, vel seruo, prout monasterio fuerit vtilis, vt diximus supra. Sed in hoc euentu est vtilius monasterio priori, vt comparetur filio, qui quidem tempore vero parui acquirat. l. per eum. ff. de acquir. poss. Ergo religiosus hic acquiratur filio, acquirat priori vero suo monasterio, non autem posteriori putatio. Secundo, quia monachus cum liber sit, non possidetur instar serui domino putatio possidet; sed monasterium est in quasi possessione monastice potestatis, quam quidem non habet monasterium putatum, sed verum. Ergo non illi, sed huic acquirat.

Ceterum in contraria opinione, & merito sunt Barcol. l. §. seruus communis, alias, si communis seruus. 37. num. vltim. ff. de stipulat. seruo. Roman. l. §. seruus eius, qui num. 1. §. ff. de acquir. hered. Berouius c. in presentia. num. 549. de probat. vbi asserunt religiosum hunc acquirere monasterio posteriori bona fide possidenti, eodem modo, quo seruus acquirat domino putatio bona fide possidenti.

Et ideo sic distinguendum est: si religiosus hic acquirat ex solis monasterij putatio rebus, vel ex illis simul cum operis suis, acquirat monasterio putatio, quia in actu acquisitionis magis equiparatur religiosus seruo, quam filio; ille enim omnia acquirat domino, sicut & religiosus monasterij: hic autem non omnia acquirat patri. l. cum opores. & l. final. c. de bon. quae liber. At seruus bona fide possessus ab aliquo, illi acquirat, & non vero domino, quae ex solis rebus domini putatio, vel ex illis cum operis suis acquirat. l. homo liber. §. quicquid. & l. §. seruus, qui bona fide. ff. de acquir. ver. dominio. Ergo idem dicendum est de religioso. Nec obstant contraria adducta num. 13. Nam ad prius referuntur, cum id sit monasterij priuilegium, non integrum esse vero monasterio vti illo in prauidicium posterioris putatio: sed si prius velit equiparari filio, quia est sibi vtilius, posterioris uolet, vt equiparetur seruo, eo quod id in maiorem vtilitatem suam cedat. Quare priuilegia, vt pote quae aequalia sunt, confunduntur ad inuicem. l. sed & milites. ff. de excusat. tutor. Ad posteriorum respondetur, monasterium putatum acquirere ratione monastice potestatis putatio, sicut verum ratione vere potestatis. Atque ita tradunt florentes Andre. addit. ad Specula. rubr. de stat. monach. vers. Pileus. Barthol. Socin. d. l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num. 12. licet in fine cogitandum relinquat. Aretin. ead. l. 1. §. item acquirimus. n. 55. Nauarr. comment. 2. num. 30. de regul. & alij, quos refert, & sequitur Tapia d. verb. sua. c. 6. n. 21.

Aut religiosus hic putatio acquirat ex solis operis suis, & tunc Ioann. Andr. relatus n. praeced. asserit hunc acquirere vero monasterio. arg. l. per seruum, ff. de usu. & habitat. Sed contrarium tenet dicens acquirere monasterio putatio, Aretinus allegatus num. praeced. quia illa l. per seruum loquitur in usufructuario, & non in usufructuario, cui videtur equiparari bona fidei possessori. Idem videtur tenere Nauarr. alleg. eodem num. praeced. loquitur enim disunctè de acquisitis ex huius monachi operis, vel ex rebus monasterij. Idem tenet Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 10. quest. 1. Verum Barthol. Socin. num. praeced. allegatur defendit priorem Ioann. Andree sententiam, quamuis tandem cogitandum relinquat, quae meo iudicio verior est. Et ideo dicendum est, hunc religiosum solis operis acquirere non acquirere vero monasterio: quia ratio illius text. l. per seruum, ob quam usufructarius non acquirat ex solis operis serui, est, quod illius operas locare nequeat. Quae quidem procedit in monacho, cum monasterium nequeat eius operas locare; & ideo potius comparandum est usufructuario, quam usufructuario serui.



17 Quando autem monachus hic putatius acquirit aliunde, quam ex rebus monasterij, aut operis suis, ut successione, donatione, &c. fatentur omnes cum acquirere vero monasterio, vt sentiunt Barth. Socinus n. 14. Nauar. & Azor allegati num. preced. Tapia eodem verb. sua. c. 6. n. 23.

18 Quod si dubitetur, an ex re monasterij, vel aliunde quaeserit, Bart. l. cam fundus. §. seruum. ff. si seruum petat. cogitandum relinquit, vbi DD. satis varij sunt, vt potest videri apud Alexand. eodem §. seruum. num. olim. Sed breuiter dicendum est cum Roman. eodem §. seruum. numero 14. praesumendum esse in dubio ex re posterioris monasterij putari acquiri: quod idem sequitur Mandosin addit. ad Lap. allegat. 61. ad fin. verb. praesumendum, Tapia eodem verb. sua. cap. 6. num. 23. Quod quidem temperant Roman. ibi, & Tapia num. 24. dupliciter. Prius est, quando monachus recessit, & emit rem aliquam, quia tunc praesumitur ex bonis monasterij res empta: quod bene ait Tapia intelligendum, quando breui tempore extitit in posteriori monasterio; secus quando longo. Posteriori, quando secundum monasterium erat indigens, quia tunc, aut ex re primi monasterij, aut ex propria acquisitione praesumitur.

19 Superest explicandum, an praesumatur transitus legitimus, quando hic monachus stetit in posteriori monasterio viginti, vel triginta annis, sciente priori, nec contradicente, vt vel sic acquirit posteriori. Berouus cap. in presentia. numero 564. de probat. negat: quia et si ex ea temporis diuturnitate praesumatur licentia transseundi, non tamen praesumitur iusta transitus causa, cum tamen vtrumque desideretur cap. licet. de regular. At merito contrarium latissime tenet Barth. Socinus l. 5. per seruum, qui in fuga. in fin. ff. de acquir. possess. quamuis fateatur se olim seipsum contrarium consuluisset. Idem tenet Tiraquell. referens duplex eiusdem Barth. Socin. consilium. tract. de praescript. §. 1. gloss. 4. numero 33. vers. 41. quia ex temporis diuturnitate praesumitur res legitime facta.

20 Tandem restat explicandum, quando hic monachus apostata, & fugitiuus mutauit statum transendo ad Ecclesiam seculari. Qua in re communiter Doctores sic distinguunt: si religiosus hic acquirit intuitu Ecclesiae, acquisita cedunt Ecclesiae. cap. cum in officio. de testam. si vero intuitu personae, cedunt monasterio, quia cum non sit legitime promotus ad Ecclesiam seculari, manet religiosus sui monasterij. Quod si dubitetur, cuius intuitu acquisierit, standum est coniecturis traditis cap. requis. de testam. vt si acquisierit a propinquo, censatur ratione personae acquirere: si vero ab extraneo, ratione Ecclesiae. Sic tradunt Ioannes Andr. cap. final. numero 3. de regul. & ibi Anton. numero 7. Abbas numero 3. Anchar. in fin. Henric. numero 2. Ananias numero 8. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 11. Tabiena verb. religio. questione 27. numero 28. & ibi Armil. numero 17. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. cap. 16. §. 8. Sed Card. eodem cap. final. num. 2. §. 2. reprobata hac distinctione, sustinet indistincte religiosum hunc acquirere Ecclesiae.

21 Caeterum dicendum est, attento iure communi, priorem opinionem esse veram: at attento motu proprio Gregor. XIII. quem num. 9. retulimus, dicendum est, post mortem huius religiosi succedere in omnia ea bona quomodocumque acquisita, cum extra monasterium parta sint, Camera Apostolicam, intelligendo, quando extra monasterium obiter.

S Y M M A R I V M.

Quando monachus eiecit in ius, aut in ius non admittitur post fugam, aut eiectionem, cui acquirit, si solus Praeatus in hoc delinquit. n. 22.

Quid si delinquit Praeatus cum conuentu? Proponitur quaestio sententia. n. 23.

Explicatur sententia auctoris, & an reddenda sint ei bona antea monasterio acquisita? n. 24.

Quando eiecit ius iusta, cui acquirit. Proponitur quaestio sententia. n. 25.

Explicatur sententia auctoris n. 26.

Ad quem peruenit bona per huiusmodi eiectionem? Responditur quaestio sententia. n. 27.

Explicatur sententia auctoris n. 28.

Quid si ad aliam religionem transierit? n. 29.

Quid si ad aliam Ecclesiam, vel beneficium? n. 30.

Quid dicendum sit, attento quodam motu proprio Gregorij XIII. n. 31.

Q U A E S T I O posterior. Cui acquirant eiecti ad religionem. Qua in re declarabimus prius, quid iure communi inductum sit, deinde, quid attento nouissimo quodam motu proprio Gregor. XIII. quid eiectionis post esse iniusta, & iusta, de vtraque seorsum agendum est. Et primo quidem, quando eiectio est iniusta, quia vel religiosus iniuste eiectus est, vel si fuerit fugitiuus, aut apostata, aut iuste eiectus, & correctis iam moribus, peccat admitti, sique casus, quo monasterium tenentur eum admittere, & communiter tradunt Doctores eum acquirere monasterio, quando culpa eiectionis, aut non admissionis est in solo Praelato, aut in illo cum minori conuentus parte, quia delictum personae Praelati non debet in Ecclesiam redundare. reg. delictum. 76. de reg. iur. in 6. nec etiam delictum Praelati cum minori parte conuentus, vt bene notat Dyn. in reg. delictum. in fin. quia conuentus non est nisi in maiori parte. Praeterea, quia compelli potest monasterium, vt admittat, eique alimenta praestet: quia hic agitur de iure acquirit ad bona ex parte religiosi legitime profecti, amittendo. Et ideo hanc partem sustinet Specular. tit. de stat. monach. §. unico. numero 47. questione 41. Archidia. cap. Abbas. in fin. 18. questione 2. & ibi Bellamer. et fin. vers. in gloss. ibi. recipere. & cap. quanta. num. 11. de officio. ordin. Abbas cap. sicut nobis. ad fin. de regul. & c. omne. in fin. de infam. & lang. exposit. vbi Anton. numero 5. Card. numero 3. Anchar. numero 7. Ioannes Andreas numero 7. & quatuor supra dicti limitant, allegato Gofredo, dummodo transierit ad aliud monasterium; nam si non transiit, acquirit adhuc primo. Sed non placet limitatio. Vide Imol. Clemens. 1. numero 39. de statu monach. & ibi Card. §. ut verò. numero 114. questione 11. Henric. cap. final. numero 2. de regular. Anchar. conf. 352. numero 4. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 4. Angel. in sum. verb. monasterium. numero 6. Syluest. verb. apostasia. questione 9. numero 12. Tabien. verb. religio. quest. 27. num. 28. & ibi Armil. num. 17. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 35. numero 9. Tap. aubent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 50. Humald. 31. gloss. 2. fin. tit. 7. part. 1. Molin. tom. 1. de iustit. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. n. 112.

Quando autem conuentus etiam in hoc delinquit nomine autem conuentus intelligitur maior pars, vt bene tradunt Angel. Syluest. Tabiena, Armilla, Molina, Leonard. numero praecedenti allegati, & Cardin. cap. vnic. numero 3. de infam. & lang. exposit. vbi Anton. numero 5. nec contradicere D. Antonius ibidem citatus, petens totius conuentus culpam, quia in rebus a conuentu expediendis, quod maior pars efficit, dicitur totus conuentus efficere, vt constat ex toto tit. de his que sunt in militari part. Cap. frequentissima Doctorem sententia assentit, religiosum hunc minime acquirere monasterio; & a parte videntur intelligere nullam desiderari iudicis sententiam, quia priuatur monasterium his bonis, quia ei iniuriantur rationi, quod monachus hic habeatur pro delicto, ac proinde monasterio derelinquenti non acquirit. Sicut nec feruus a domino derelictus acquirit illi. h. quod seruus. 3. ff. de stipulat. serui. ibi; quod seruus stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullus est momenti. Quia qui pro derelicto rem habet, omni modo a se reuocari, nec potest eius operis vti, quem merito iure ad se pertinere nolit. At ne seruus hic domino acquirat, nulla exigitur iudicis sententia, vt ex praedictis textibus verbis constat. Sic Glossa c. Abbates. verb. qua acquisierit. 18. quest. 2. & c. omne. verb. languidus. de infam. & lang. exposit. & c. sicut nobis. verb. & sicut nobis. de regul. Gofred. sum. 11. de apostat. num. 10. & Hostiensis sum. eodem tit. num. 4. Barthol. Socinus l. 1. §. per seruum. qui est in fuga. num. 6. ff. de acquir. possess. Cardin. e. quod a te. num. vnic. oppositi. 4. de cleric. conuict. Ananias c. sicut nobis, in fin. de regul. Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. 2. p. vbi de successione regularium. num. vli. Redoan. de spol. eccl. quest. 8. in princ. num. 76. & 77. Speculat. Archidia. Bellamera vtroque loco, Abbas vtroque loco, Ananias, Anchar. Henr. D. Anton. Angel. Sylu. Tabien. Armil. Surd. Tap. Humald. num. preced. allegati.

24 Caeterum, quauis haec sententia frequentissima sit, existimo probabilis esse exigi sententiam iudicis, quia monasterium his bonis priuatur. Ducor, quod longe diuersa ratio sit de hoc monasterio, ac de seruo a domino derelicto; quia hic veram libertatem acquirit, eo quod dominus illam poterat concedere, ac seruum derelinquens videatur in hac derelinquenti voluntate esse: at religiosus iniuste expulsus, aut iniuste non admittus, non euadit liber; monasterium enim non potest eum a votis absolueri, nec monasterium manet liberum ab obligatione huius religiosi admittendi, illique alimenta suppeditandi. Quare in solam delicti poenam bonis ab huiusmodi religiosi acquisitis priuatur. Ergo exigitur sententia iudicis ad eam poenam subeundam. Praeterea, quia etiam bona ratione huius religiosi iam acquisita tenetur monasterium ei reddere, vt docent Baldus, quem refert, ac sequitur Surdus de aliment. tit. 7. quest. 35. num. 10. Ioan. Lup. c. per vestras. notab. 3. in princ. numero 4. de donat. inter vir. & vxor. Franciscus Lucan. tract. de fisco, vbi de publicatione bonorum. num. 10. (habetur tom. 12. tract. 1.) At aperte constat, bona huiusmodi acquisita non teneri monasterium reddere, donec condemnentur. Et ideo hanc partem sustinet Molina tom. 1. de iust. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum, Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. numero 112.

25 Superest difficultas, quando eiectio fuit iusta, vt quando religiosus iusta monasterij sententia ob propria delicta eiectus est. Quidam existimant eum acquirere monasterio. Ducuntur, quod monasterium iure acquisito per professionem ad omnia bona in posterum a religioso acquirenda, priuari non debeat ob religiosi delicta, iustamque eius a religione expulsionem: & ita sustinent Molin. & Leonard. numero preced. allegati, & Gofred. relatus ab Abbate ex omne. ad fin. de infam. & languid. exposit. cum hac limitatione, dummodo ea bona acquisita sint antequam religiosus ille ad aliam religionem transierit.

26 Sed multo verius est, hunc religiosum non acquirere in posterum monasterio, quia iam amplius nullam cum illo communionem habet, iusque a monasterio acquisitum in bona in posterum acquirenda fuit, dum monachus in eo monasterio permaneret: secus de acquisitis post legium egessum. Atque ita docent Glossa cap. vnic. verb. languidus. de infam. & lang. exposit. & ibi Abbas ad fin. Innocent. a cum olim. el. 2. num. 3. de priuileg. & ibi Anton. 36. Hostiensis num. 12. Ioan. Andreas num. 5. Card. num. 4. vers. quid si est expulsus. Anchar. n. 17. Henric. num. 5. Bellamer. c. quanto. numero 1. de officio. ordin. & c. Abbates. ad fin. vers. in gloss. ibi. recipere. 18. quest. 2. Rollet. in sum. verb. religio. 1. num. 1. Nauarr. comment. 2. num. 33. de regul. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. quest. 9.

27 Rursum inter hos auctores difficultas est, cui religio-

fus hic acquirit. Innoc. Bellamera c. Abbates, Hostiens. Ioan. Andr. Cardinalis, Hentic. Rosella num. preced. allegati dicunt hunc nulli acquirere. Sed hoc nullo modo placet, quia cum eiusmodi bona non habeantur pro derelictis, debent in aliquo domino esse, alius primo occupanti concederetur: & ideo ipsimet subdunt, posse dici hunc religiosum Episcopo acquirere, atque ideo illum succedere in eius bona post mortem, quia incidit post expulsionem in Episcopi obedientiam. Idemque sustinent Anton. c. cum olim. el. 2. n. 36. de priuileg. & ibi Anchar. num. 17. Bellamera c. quanto. n. 11. de officio. ordin. Angel. verb. monasterium. num. 6. Syluest. verb. apostasia. q. 9. num. 12. Tabiena ibi. quest. 15. num. 18. & verb. religio. quest. 27. num. 28. vbi Armilla num. 17. Nauarr. comment. 2. num. 33. de regular. Limitant Hostiensis, Ioan. Andr. Card. Anchar. Henric. nisi Episcopus contra hunc religiosum procedens, eum curiae seculari exposuisset, Syluester etiam limitat, si religiosus hic non esset exemptus: nam si exemptus esset, asserit eum acquirere priori monasterio.

Sed verius est, bona huiusmodi religiosi pertinere ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum, instar bonorum, que vacantia dicuntur; quia nulla possunt esse bona, quorum dominium, vel ius administrationis non sit apud aliquem hominem, vel congregationem. Vnde sicut bona absque haerede decedentis reputantur tanquam vacantia, & ideo ad Principem, vel Rempublicam deueniunt: sic acquiritur a religioso hoc ius eiectionis pertinent ad ipsum quoad vsum fructum; at vero quoad ius administrationis ad Pontificem, qui est supremus Princeps, vel ad Episcopum in cuius diecesi est, ac proinde in eius cura, & potestate viuunt; & ideo eo religioso defuncto, ille vsum consolidatur cum iure administrationis, & plene ea bona pertinent ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum. Et ideo hanc sententiam tenent Sayco in clauis reg. lib. 6. c. 9. num. 28. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. §. 9.

Quod quidem intelligendum est de bonis acquisitis, antequam religiosus hic eiectus ad religionem aliam legitime transierit; nam si in alia religione postea legitime professus fuerit, illi acquiruntur: cum enim legitime sit professus, transeunt cum illo bona. Sic Angel. verb. monasterium. num. 6. Syluester summa. verb. apostasia. quest. 9. n. 12. & ibi Tabiena quest. 15. num. 18. & verb. religio. quest. 27. num. 28. vbi Armil. num. 17. Tap. aub. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 45. C. de ierof. Eccl. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. §. 9. Et acquisitis ante huiusmodi professionem fructus id monasterium, dum religiosus hic superstes fuerit, sicut ipsorum debebat: at eo defuncto, ea pertinent ad Cameraam. Quia illi iuri per ipsos quasitio non derogat professio sequens, nec potest plus iuris ad monasterium transferre, quam ipse in ea bona habebat. Quod si hoc posterius monasterium fuerit succedenti incapax, non explicat ibi DD. ad quem pertineant bona post professionem acquisita. Sed in hoc dicendum est, vt diximus de quibuscumque bonis acquisitis a professis in monasterio incapaci, quia eadem ratio est.

Similiter si hic eiectus transierit legitime ad aliam Ecclesiam, alidve beneficium, acquirere illi, sicut de aliis religiosis diximus c. 32. numero 62. & 76. & ita docet Tabiena verb. religio. quest. 27. num. 28. Armil. & Azor allegati num. preced. Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 112.

Tandem haec vera sunt attento iure antiquo; nam attento motu proprio Gregorij XIII. quem super explicauimus num. 21. dicendum est, omnia per huiusmodi religiosum vnde cumque acquisita pertinere ad Cameraam Apostolicam post eius obitum, si extra religionem decedat. Quare si intra aliam obeat, dicendum erit idem, quod numero 29. diximus.



Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum induciti.

SVM MARIVM.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo. num. 1.

Cui acquirant veri professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum induciti. Refertur textus ansum difficultatis prebens, & proponitur sententia auctoritatis. num. 2.

An exigatur, ut dolo ille causam contractus det? num. 3.

An exigatur, ut decipiens ducatur auaritia acquirenda bonarum. num. 4.

An exigatur, ut is dolo procedat ab Abbate cum consensu Capituli? Refertur quadam sententia. num. 5.

Explicitur sententia auctoritatis. num. 6.

An sufficiat dolo ab alio monacho procedens? num. 7.

An sufficiat, si Abbas doli consensu admittat professionem, vel si quando post professionem est doli consensu? num. 8.

An oriatur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione? num. 9.

An hoc professio instituta in seculo cum conditione, ut si absque liberis decedat, restituantur eidem substituto, professio hac excludat substitutum? num. 10.

Quomodo textus hic obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus? num. 11.

An exclusio hac monasterij à successione in bona monachi dolo induciti, habeat locum in foro conscientie? num. 12.

DE conuersis, & oblati breuiter dico, conuersos, qui verè professi sunt, acquirere religioni, sicut acquirunt ceteri professi choro deputati. Quod bene docet Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 10. num. 8. At verò oblati, qui non profitendo se & sua dedicant Ecclesie seculari, aut regulari, cum proprii capaces sunt, nec in ea simplici bonorum dedicatione comprehendantur bona futura, vel ratio Abbate tradit Tap. eo. c. 10. num. 14. acquirunt sibi, & in eorum bona legitimi eorum heredes succedunt. Atque idem dicendum esset de fratribus Xenodochij Ioannis de Deo, antequam essent veri religiosi: iam verò post constitutionem Pauli V. quam retulimus c. 8. num. 44. in qua declarat eos esse veros religiosos, idem dicendum est de illis, quod de aliis religiosis in superioribus diximus.

Circa legitime autem professos, at dolo Abbatis, non tamen sufficienti ad professionem irritandam, inductos, est specialis difficultas (nam quando professio non fuit valida, satis dictum est sup.) & dubitandi ansam præbet textus c. final. 20. quest. 3. qui eisdem profus verbis habetur etiam c. penult. 16. quest. 7. esse desumptus ex Concilio Moguntinensi, ubi hæc verba habentur. Constituit sane sacer iste contentus, ut Episcopi sine Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inbianes, quoslibet homines circumuenciendo toroderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, paucientia canonica, respote turpis lucri scitantes, subiaceant. Hæc verò, qui electi comam deposuerunt, in eo quod ceperunt, persuerare cogantur: res vera eorum hereditibus reddantur. Ratioque huius decisionis est, quod bonorum oblatio ex professione confurgens sapiat naturam contractus bonæ fidei, omnes enim contractus de iure canonico sunt bonæ fidei, teste Bart. l. 1. c. de plus petition. & in his dolo dans causam contractui, vitiat illum ipso iure, ut notant scribentes l. & eleganter ff. de dol. Quam rationem tradunt Archid. c. final. n. 1. & 3. 20. quest. 3. & ibi Bellameta statim in princ. Berouius c. in presentia. num. 105. de probat. & Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 1. num. 16.

Aliquot tamen conditiones desiderantur, ut decisio-

ni huius textus sit locus, nec succedat monasterium in ea bona. Prima est, ut is dolo causam ingressi dederit, ita vt eo cessante, ille ingressus non sequeretur. Constat ex ratione tradita num. præced. & quia dolo non dans causam contractui, illum non irritat. Et ita docent Archidiae. eo. c. final. n. 1. fin. & ibi Bellameta statim in princ. Berouius eod. c. in presentia. n. 103.

Secunda conditio est, ut decipiens comparandi bona inuitu ductus fuerit, secus si intuitu familiaritatis, quam cum ingressuro habebat, aut aliarum dotium, quibus prædictus erat, duceretur. Constat ex text. d. c. final. ibi, sed in auaritiam, & turpe lucrum inbianes, & sic sentiunt lafon auct. ingressi. num. 1. C. de sacros. Eccles. dicens huic textui esse locum, quando ob magnas ingressuri facultates decipiens duceretur; & Aretinus d. cap. in presentia. n. 13. dicens, quando auaritia fuit causa decipiendi; & Nauarr. com. 2. num. 31. de reg. & Azor tom. 1. in situ. moral. lib. 12. c. 20. quest. 1. fin. & Tap. ea auct. ingressi. verb. sua. c. 1. fin. ubi dicunt, quando deceptio fuit causa acquirendi bona. Immo Tap. dicit exigi, ut solus hic animus adfuerit, quod non admittit, sed credo sufficere hunc animum, si esset hic principalis finis, quamuis alij quoque accederent: secus si non esset principalis finis; sed accessorios, quia ex fine principali est res diuidenda.

Tertia conditio est, ut si is dolo non à solo Abbate processerit, sed ab ipso cum maioris partis conuentus consensu; quia cum non sit solius Abbatis ad professionem admittere, sed cum maiori parte conuentus, dolo solius Abbatis non debet conueniri in hac acquisitione obesse. Item, quia c. præced. num. 12. diximus, solam expulsionem iniustam monachi à Prælato factam, non obesse monasterio, quominus acquirat per monachum illum, quia delictum personæ non debet Ecclesie nocere. Quæ ratio militat quoque in hoc casu. Sic tradunt Berouius conf. 18. num. 1. vol. 1. Laelius Zecchius de Reipub. eccles. in de regular. c. 3. num. 14. limitat. 1. Tapia ea auct. ingressi. verb. sua. c. 1. n. 20.

Ceterum hanc conditionem non approbo, sed existimo sufficere dolum solius Abbatis, tum quia text. d. cap. final. de solo Abbatis dolo loquitur, tum etiam, quia hic non agitur de bonis iam monasterio quaesitis, ut quando expellitur professus à solo Abbate; tunc enim agitur de iure quaesito à monasterio ad omnia bona in posterum per religiosum illum acquirenda; sed agitur de bonis acquirendis, in quibus solus Prælati potest Ecclesie præiudicare. Et ita hanc partem sustinent Decius d. c. in presentia, in noua edit. num. 33. & ibi Felin. num. 9. dicens forte ita esse, Berouius n. 110. Ferret, multos alios allegans num. 22. & 23. Nauarr. com. 2. num. 31. de regul. Azor tom. 1. in situ. moral. lib. 12. c. 10. q. 1. fin.

Immo Berouius eo c. in presentia. n. 109. ait aliquando se 7 in ea sententia fuisse, ut sufficeret dolo cuiuscumque religiosi. Sed iure optimo dicitur illi placere, non fat esse dolum multorum monachorum carentium mandato Abbatis; & idem tenet Felin. eo c. in presentia. numero 9. quia text. d. c. final. aperte petit dolum Abbatis, aut Episcopi, cui religiosi subduntur, quonia cum illi administrationem non habeant, non censetur cum eis contrahi, & sic ipsorum dolo reputatur quasi dolo cuiusdam tertij, qui valori contractus non obstat. l. eleganter. ff. de dolo.

Sufficit tamen si Abbas eius doli consensu admittat ad professionem sic inductum, vel eam professionem à non potente admittere, admissam, habeat ratam: secus quando post legitimum professum est doli consensu. Quia in priori euentu est quasi ipse deciperet: secus in posteriori. Sic Berouius eodem cap. in presentia. numero 111. & 112.

Non tamen oriatur sinistra fraudis suspicio ex iura 9 mento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione. Sic Decius eo. c. in presentia. in noua edit. numero 34. & ibi Aretinus

Aretinus numero 13. Felinus numero 9. Sed hoc intelligendum est, quando motu proprio, & animi impulsu id iuramentum præstitum est: secus si Abbatis suasionibus. Sic Berouius eo c. in presentia. num. 100.

Hinc deducitur, hac professione dolo Abbatis extorta non excludi substitutum, si hic professus in seculo institutus fuerat sub conditione, ut decedens absque liberis, restituitur hereditatem. Quia cum exclusio substituti in monasterio sit in monasterij fauorem inducta, ut illud succedat non habebit locum in hoc casu, cum ea bona non ad monasterium, sed ad heredes ab intestato illius monachi pertineant. Sic Sfortias Oddo de compendios. substituti. parte 6. quaest. 2. art. 6. dub. 2. num. 11. Peregrinus de fideicommissi. art. 28. n. vltim.

Secundò meritò dubitabit, qualiter textus d. c. final. obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus. Respondet, eum obligare, eo quod sit tacite ab Ecclesia

admissus: quod testatur omnium auctorum sententia consentium per illum hæc bona non acquiri monasterio, sed hereditibus ab intestato.

Idem obseruandum est, nullam exigi Iudicis sententiam, ne monasterium succedat in ea bona. Quod clarè colligitur ex DD. allegatis num. 2. qui dicunt hunc contractum quoad bonorum acquisitionem vitari ipso iure, instar contractum bonæ fidei, quibus dolo causam dedit: hi enim absque Iudicis sententia sunt irriti. Deinde, quia textus vult hæc bona pertinere ad heredes monachi ab intestato. At si ea acquirerentur monasterio, & in pœnam auferrentur ei, non succederent heredes ab intestato, sed filius, iuxta regulam traditam à Baldo l. hereditas. num. 6. C. de his quib. vt indig. & ibi Bart. num. 3. & alii, quos referunt, & sequuntur Couarruias 4. decret. 2. p. c. 18. §. 1. num. 9. fin. Molina lib. 1. de primog. c. 9. num. 26. & 27.

FINIS TOTIVS OPERIS.

alphabetica digestus.

A

Abbas.



Abbas quando concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, an possit ad libitum reuocare. lib. 7. cap. 29. num. 124.

Abbas an possit bona sui monasterij in feudum dare. l. 7. c. 19. n. 44.

Abbas nomine monachorum in pœnalibus etiam veniat. l. 6. c. 8. n. 84.

Abbas expendens aliquid in vltus vanos, aut turpes, an peccet contra votum paupertatis, & sit proprietarius. l. 7. c. 19. n. 22.

Abbas potest inuito monacho, iniuriam ipsi illatam remittere. l. 6. c. 12. n. 6.

Abbas accusatus an debeat expensas defensionis à monasterio habere. l. 6. c. 12. n. 24.

Abbas potestas an tanta sit in religiosos, ut possit eos in obsequio dare pro debitis monasterij. l. 6. c. 2. n. 63.

Abbas factum in professione expresse exigi, non autem in tacta, quo pacto intelligendum. l. 5. c. 3. n. 4.

Abbas solius an sit absque consensu conuentus profectare. l. 7. c. 14. n. 7.

Abbas solius an sit ad religionis professionem admittere absque conuentu. l. 5. c. 4. n. 64.

Abbatibus accusato à monachis ob delictum, an sit obediendum pendente reparatione. l. 6. c. 2. n. 63.

Abbatibus an sit integrum repudiare hereditatem delatam monacho ipso inuito. l. 7. c. 12. n. 42.

Abbas si videat res depositas apud monachum surripiti, vel perire, neque obiter, cum possit, an teneatur restituere. ibid. n. 32.

Abbatem suum accusare an possit religiosus. l. 6. c. 12. n. 18. An exigatur venia, & licentia ad eum accusandum. ibid. n. 9.

Abbatem quoties accusat religiosus, sunt ei de rebus monasterij ministrandæ impensæ, donec causa debitum sibi em accipiat. ibid. n. 20.

in Abbatem profectiendum certis monasterijs, an possit ante annum profecteri. l. 5. c. 4. n. 15.

inter Abbatem, & monachum an cadat aliqua obligatio naturalis. l. 7. c. 17. n. 34.

Abbas, atque alij Prælati Episcopo inferiores, an possint

sint vnionem beneficiorum facere. ibid. l. 7. c. 19. n. 119. Abbates antiqui qualiter difficillima, ac impossibilia substitui præceperint, & iuri nature contraria. l. 6. c. 2. n. 4.

Abbatissa.

Abbatissa potest in suo monasterio professionem monialium acceptare. l. 5. c. 4. n. 76.

Abbatissa an habeat liberam bonorum sui monasterij administrationem. l. 7. c. 19. n. 44.

Abbatissa non gaudet potestate spiritali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filiis, & ciuili magistratus in ciues. l. 6. c. 1. n. 17.

Abbatissa nolle obedire an sit mortale. ibid. n. 18.

Abbatissa non potest imponere præcepta spiritalia. ibid. n. 19.

Abbatissa an possit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientie. ibid. n. 20.

Abbatissa potest præcipere sub pœna voti obedientie ipsi præstiti. ibid. n. 22.

Abbatissæ an possit committi, ut præcepta spiritalia imponat. ibid. n. 23.

Abbatissa an possit ex commissione Prælati dispensare in ieiuniis, & legibus ecclesiasticis. ibid. n. 24.

Abbatissæ constitutiones confirmatæ à Prælato, an habeant vim præcepti Prælati. ibid. n. 26.

Abbatissa habet iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, ad cogendas moniales, ut regulam obseruent, & puniendas ex eius transgressione. ibid. n. 27.

Abbatissa inquirens de monialis crimine, obligat sui mortali ad veritatem patefaciendam. ibid. n. 28.

Abbatissa an possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria. l. 6. c. 16. n. 22.

Abbatissis an possit superior generalem licentiam concedere, ut facultate ingressus impertiantur. ibid. n. 23.

Abbatissa vt sit monialis alterius monasterij eiusdem ordinis, iusta est causa concedendæ exitus licentie. l. 6. c. 15. n. 45.

Abbatissa esse non potest illegitima absque dispensatione. l. 5. c. 5. n. 19. Eius officium dignitas est. ibid.

ad Abbatissæ munus non desideratur virginitas, nisi ubi mos esset impertienti Abbatissis benedictionem specialem virginum propriam, seu consecrationem. l. 5. c. 5. n. 22.

Abbatissarum communes benedictiones non etiam exigunt virginitatem. ibid.



17 Quando autem monachus hic putatius acquirit aliunde, quam ex rebus monasterij, aut operis suis, vt successione, donatione, &c. fatentur omnes cum acquirere vero monasterio, vt sentiunt Barth. Socinus n. 14. Nauar. & Azor allegati num. preced. Tapia eodem verb. sua. c. 6. n. 23.

18 Quod si dubitetur, an ex re monasterij, vel aliunde quaeserit, Bart. l. cam fundus. §. seruum. ff. si seruum petat. cogitandum relinquit, vbi DD. satis varij sunt, vt potest videri apud Alexand. eodem §. seruum. num. olim. Sed breuiter dicendum est cum Roman. eodem §. seruum. numero 14. praesumendum esse in dubio ex re posterioris monasterij putari acquiri: quod idem sequitur Mandosin addit. ad Lap. allegat. 61. ad fin. verb. praesumendum, Tapia eodem verb. sua. cap. 6. num. 23. Quod quidem temperant Roman. ibi, & Tapia num. 24. dupliciter. Prius est, quando monachus recessit, & emit rem aliquam, quia tunc praesumitur ex bonis monasterij res empta: quod bene ait Tapia intelligendum, quando breui tempore extitit in posteriori monasterio; secus quando longo. Posteriori, quando secundum monasterium erat indigens, quia tunc, aut ex re primi monasterij, aut ex propria acquisitione praesumitur.

19 Superest explicandum, an praesumatur transitus legitimus, quando hic monachus stetit in posteriori monasterio viginti, vel triginta annis, sciente priori, nec contradicente, vt vel sic acquirit posteriori. Berouus cap. in presentia. numero 564. de probat. negat: quia et si ex ea temporis diuturnitate praesumatur licentia transseundi, non tamen praesumitur iusta transitus causa, cum tamen vtrumque desideretur cap. licet. de regular. At merito contrarium latissime tenet Barth. Socinus l. 5. per seruum, qui in fuga. in fin. ff. de acquir. possess. quamuis fateatur se olim seipsum contrarium consuluisset. Idem tenet Tiraquell. referens duplex eiusdem Barth. Socin. consilium. tract. de praescript. §. 1. gloss. 4. numero 33. vers. 41. quia ex temporis diuturnitate praesumitur res legitime facta.

20 Tandem restat explicandum, quando hic monachus apostata, & fugitiuus mutauit statum transendo ad Ecclesiam seculari. Qua in re communiter Doctores sic distinguunt: si religiosus hic acquirit intuitu Ecclesiae, acquisita cedunt Ecclesiae. cap. cum in officio. de testam. si vero intuitu personae, cedunt monasterio, quia cum non sit legitime promotus ad Ecclesiam seculari, manet religiosus sui monasterij. Quod si dubitetur, cuius intuitu acquisierit, standum est coniecturis traditis cap. requis. de testam. vt si acquisierit à propinquo, censatur ratione personae acquirere: si vero ab extraneo, ratione Ecclesiae. Sic tradunt Ioannes Andr. cap. final. numero 3. de regul. & ibi Anton. numero 7. Abbas numero 3. Anchar. in fin. Henric. numero 2. Ananias numero 8. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 11. Tabiena verb. religio. questione 27. numero 28. & ibi Armil. numero 17. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. cap. 16. §. 8. Sed Card. eodem cap. final. num. 2. §. 2. reprobata hac distinctione, sustinet indistincte religiosum hunc acquirere Ecclesiae.

21 Caeterum dicendum est, attento iure communi, priorem opinionem esse veram: at attento motu proprio Gregor. XIII. quem num. 9. retulimus, dicendum est, post mortem huius religiosi succedere in omnia ea bona quomodocumque acquisita, cum extra monasterium parta sint, Camera Apostolicam, intelligendo, quando extra monasterium obiter.

S Y M M A R I V M.

Quando monachus eiecit iniuste, aut iniuste non admittitur post fugam, aut eiectionem, cui acquirit, si solus Praeatus in hoc delinquat. n. 22.

Quid si delinquat Praeatus cum conuentu? Proponitur quaestio sententia. n. 23.

Explicatur sententia auctoritatis, & an reddenda sint ei bona antea monasterio acquisita? n. 24.

Quando eiecit iniuste, cui acquirit. Proponitur quaestio sententia. n. 25.

Explicatur sententia auctoritatis, n. 26.

Ad quem peruenit bona per huiusmodi eiectionem, acquisita? Responsetur quaestio sententia. n. 27.

Explicatur sententia auctoritatis, n. 28.

Quid si ad aliam religionem transierit? n. 29.

Quid si ad aliam Ecclesiam, vel beneficium? n. 30.

Quid dicendum sit, attento quodam motu proprio Gregorij XIII. n. 31.

Q U A E S T I O posterior. Cui acquirant eiecti à religione. Qua in re declarabimus prius, quid iure communi inductum sit, deinde, quid attento nouissimo quodam motu proprio Gregor. XIII. quid eiectionis post esse iniusta, & iusta, de vtraque seorsum agendum est. Et primò quidem, quando eiectio est iniusta, quia vel religiosus iniuste eiectus est, vel si fuerit fugitiuus, aut apostata, aut iuste eiectus, & correctis iam moribus, peccat admitti, sique casus, quo monasterium tenentur eum admittre; & communiter tradunt Doctores eum acquirere monasterio, quando culpa eiectionis, aut non admissionis est in solo Praelato, aut in illo cum minori conuentus parte, quia delictum personae Praelati non debet in Ecclesiam redundare. reg. delictum. 76. de reg. iur. in 6. nec etiam delictum Praelati cum minori parte conuentus, vt bene notat Dyn. in reg. delictum. in fin. quia conuentus non est nisi in maiori parte. Praeterea, quia compelli potest monasterium, vt admittat, eique alimenta praestet: quia hic agitur de iure acquirit ad bona ex parte religiosi legitime professi, amittendo. Et ideo hanc partem sustinet Specular. tit. de stat. monach. §. unico. numero 47. questione 41. Archidia. cap. Abbates, in fin. 18. questione 2. & ibi Bellamer. et fin. vers. in gloss. ibi. recipere. & cap. quanta. num. 11. de offic. ordin. Abbas cap. sicut nobis, ad fin. de regul. & c. omne. in fin. de infam. & lang. exposit. vbi Anton. numero 5. Card. numero 3. Anchar. numero 7. Ioannes Andreas numero 7. & quatuor supra dicti limitant, allegato Gofredo, dummodo transierit ad aliud monasterium; nam si non transit, acquirit adhuc primo. Sed non placet limitatio. Vide Imol. Clemens. 1. numero 39. de statu monach. & ibi Card. §. ut verò. numero 114. questione 11. Henric. cap. final. numero 2. de regular. Anchar. conf. 52. numero 4. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 4. Angel. in sum. verb. monasterium. numero 6. Syluest. verb. apostasia. questione 9. numero 12. Tabien. verb. religio. quest. 27. num. 28. & ibi Armil. num. 17. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 35. numero 9. Tap. aubent. ingressi. verb. sua. cap. 6. num. 50. Humald. 31. gloss. 2. fin. tit. 7. part. 1. Molin. tom. 1. de iustit. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 15. n. 112.

Quando autem conuentus etiam in hoc delinquit nomine autem conuentus intelligitur maior pars, vt bene tradunt Angel. Syluest. Tabiena, Armilla, Molina, Leonard. numero praecedenti allegati, & Cardin. cap. vnic. numero 3. de infam. & lang. exposit. vbi Anton. numero 5. nec contradicere D. Antonius ibidem citatus, petens totius conuentus culpam, quia in rebus à conuentu expediendis, quod maior pars efficit, dicitur totus conuentus efficere, vt constat ex toto tit. de his qui sunt à militari part. Cap. frequentissima Doctorem sententia assentit, religiosum hunc minime acquirere monasterio; & à parte videntur intelligere nullam desiderari iudicis sententiam, quia priuatur monasterium his bonis, quia ei iniuriantur rationi, quod monachus hic habeatur pro delicto, & proinde monasterio derelinquenti non acquirit. Sicut nec feruus à domino derelictus acquirit illi. h. quod seruus. 3. ff. de stipulat. serui. ibi; quod seruus stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat, nullus est momenti. Quia qui pro derelicto rem habet, omni modo à se reuocari, nec potest eius operis vti, quem merito iure ad se pertinere nolit. At ne seruus hic domino acquirat, nulla exigitur iudicis sententia, vt ex praedictis textibus verbis constat. Sic Glossa c. Abbates. verb. qua acquisierit. 18. quest. 2. & c. omne. verb. languidus. de infam. & lang. exposit. & c. sicut nobis. verb. & sicut nobis. de regul. Gofred. sum. 11. de apostat. num. 10. & Hostiensis sum. eodem tit. num. 4. Barthol. Socinus l. 1. §. per seruum, qui est in fuga. num. 6. ff. de acquir. possess. Cardin. e. quod à te. num. vnic. opposit. 4. de cleric. conuict. Ananias c. sicut nobis, in fin. de regul. Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. 2. p. vbi de successione regularium. num. vli. Redoan. de spol. eccl. quest. 8. in princ. num. 76. & 77. Speculat. Archidia. Bellamera vtroque loco, Abbas vtroque loco, Ananias, Anchar. Henr. D. Anton. Angel. Sylu. Tabien. Armil. Surd. Tap. Humald. num. preced. allegati.

24 Caeterum, quauis haec sententia frequentissima sit, existimo probabilis esse exigi sententiam iudicis, quia monasterium his bonis priuatur. Ducor, quod longè diuersa ratio sit de hoc monasterio, ac de seruo à domino derelicto; quia hic veram libertatem acquirit, eo quod dominus illam poterat concedere, ac seruum derelinquens videatur in hac derelinquenti voluntate esse: at religiosus iniuste expulsum, aut iniuste non admittitur, non euadit liber; monasterium enim non potest eum à votis absolvere, nec monasterium manet liberum ab obligatione huius religiosi admittendi, illique alimenta suppeditandi. Quare in solam delicti poenam bonis ab huiusmodi religiosi acquisitis priuatur. Ergo exigitur sententia iudicis ad eam poenam subeundam. Praeterea, quia etiam bona ratione huius religiosi iam acquisita tenetur monasterium ei reddere, vt docent Baldus, quem refert, ac sequitur Surdus de aliment. tit. 7. quest. 35. num. 10. Ioan. Lup. c. per vestras. notab. 3. in princ. numero 4. de donat. inter vir. & vxor. Franciscus Lucan. tract. de fisco, vbi de publicatione bonorum. num. 10. (habetur tom. 12. tract. 1.) At aperte constat, bona huiusmodi acquisita non teneri monasterium reddere, donec condemnentur. Et ideo hanc partem sustinet Molina tom. 1. de iust. disp. 140. col. penult. vers. quoad votum, Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. numero 112.

25 Superest difficultas, quando eiectio fuit iusta, vt quando religiosus iusta monasterij sententia ob propria delicta eiectus est. Quidam existimant eum acquirere monasterio. Ducuntur, quod monasterium iure acquisito per professionem ad omnia bona in posterum à religioso acquirenda, priuari non debeat ob religiosi delicta, iustamque eius à religione expulsiōnem: & ita sustinent Molin. & Leonard. numero preced. allegati, & Gofred. relatus ab Abbate exnic. ad fin. de infam. & languid. exposit. cum hac limitatione, dummodo ea bona acquisita sint antequam religiosus ille ad aliam religionem transierit.

26 Sed multo verius est, hunc religiosum non acquirere in posterum monasterio, quia iam amplius nullam cum illo communionem habet, iusque à monasterio acquisitum in bona in posterum acquirenda fuit, dum monachus in eo monasterio permaneret: secus de acquisitis post legium egessum. Atque ita docent Glossa cap. vnic. verb. languidus. de infam. & lang. exposit. & ibi Abbas ad fin. Innocent. c. cum olim. el. 2. num. 3. de privileg. & ibi Anton. 36. Hostiensis num. 12. Ioan. Andreas num. 5. Card. num. 4. vers. quid si est expulsum. Anchar. n. 17. Henric. num. 5. Bellamer. c. quanto. numero 1. de offic. ordin. & c. Abbates, ad fin. vers. in gloss. ibi. recipere. 18. quest. 2. Rollet. in sum. verb. religio. 1. num. 1. Nauarr. comment. 2. num. 33. de regul. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. quest. 9.

27 Rursum inter hos auctores difficultas est, cui religio-

fus hic acquirit. Innoc. Bellamera c. Abbates, Hostiens. Ioan. Andr. Cardinalis, Hentic. Rosella num. preced. allegati dicunt hunc nulli acquirere. Sed hoc nullo modo placet, quia cum eiusmodi bona non habeantur pro derelictis, debent in aliquo domino esse, alius primo occupanti concederetur: & ideo ipsimet subdunt, posse dici hunc religiosum Episcopo acquirere, atque ideo illum succedere in eius bona post mortem, quia incidit post expulsiōnem in Episcopi obedientiam. Idemque sustinent Anton. c. cum olim. el. 2. n. 36. de privileg. & ibi Anchar. num. 17. Bellamera c. quanto. n. 11. de offic. ordin. Angel. verb. monasterium. num. 6. Syluest. verb. apostasia. q. 9. num. 12. Tabiena ibi. quest. 15. num. 18. & verb. religio. quest. 27. num. 28. vbi Armilla num. 17. Nauarr. comment. 2. num. 33. de regular. Limitant Hostiensis, Ioan. Andr. Card. Anchar. Henric. nisi Episcopus contra hunc religiosum procedens, eum curiae seculari exposuisset, Syluester etiam limitat, si religiosus hic non esset exemptus: nam si exemptus esset, asserit eum acquirere priori monasterio.

Sed verius est, bona huiusmodi religiosi pertinere ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum, instar bonorum, quae vacantia dicuntur; quia nulla possunt esse bona, quorum dominium, vel ius administrationis non sit apud aliquem hominem, vel congregationem. Vnde sicut bona absque haerede decedentis reputantur tanquam vacantia, & ideo ad Principem, vel Rempublicam deueniunt: sic acquiritur à religioso hoc ius eiectionis, ut ad ipsum quoad vsum fructum; at vero quoad ius administrationis ad Pontificem, qui est supremus Princeps, vel ad Episcopum in cuius diecesi est, ac proinde in eius cura, & potestate viuunt; & ideo eo religioso defuncto, ille vsum consolidatur cum iure administrationis, & plene ea bona pertinent ad Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum. Et ideo hanc sententiam tenent Sayco in clauis reg. lib. 6. c. 9. num. 28. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. §. 9.

Quod quidem intelligendum est de bonis acquisitis, antequam religiosus hic eiectus ad religionem aliam legitime transierit; nam si in alia religione postea legitime professus fuerit, illi acquiruntur: cum enim legitime professus, transeat cum illo bona. Sic Angel. verb. monasterium. num. 6. Syluester summa. verb. apostasia. quest. 9. n. 12. & ibi Tabiena quest. 15. num. 18. & verb. religio. quest. 27. num. 28. vbi Armil. num. 17. Tap. aub. ingressi. verb. sua. c. 6. num. 45. C. de ierof. Eccl. Azor tom. 1. insitut. moral. lib. 12. c. 16. §. 9. Et acquisitis ante huiusmodi professionem fructus id monasterium, dum religiosus hic superstes fuerit, sicut ipsorum debebat: at eo defuncto, ea pertinent ad Cameraam. Quia illi iuri per ipsos quafiro non derogat professio sequens, nec potest plus iuris ad monasterium transferre, quam ipse in ea bona habebat. Quod si hoc posterius monasterium fuerit succedenti incapax, non explicat ibi DD. ad quem pertineant bona post professionem acquisita. Sed in hoc dicendum est, vt diximus de quibuscumque bonis acquisitis à professis in monasterio incapaci, quia eadem ratio est.

Similiter si hic eiectus transierit legitime ad aliam Ecclesiam, alidve beneficium, acquirere illi, sicut de aliis religiosi diximus c. 32. numero 62. & 76. & ita docet Tabiena verb. religio. quest. 27. num. 28. Armil. & Azor allegati num. preced. Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 112.

Tandem haec vera sunt attento iure antiquo; nam attento motu proprio Gregorij XIII. quem super explicauimus num. 21. dicendum est, omnia per huiusmodi religiosum vnde cumque acquisita pertinere ad Cameraam Apostolicam post eius obitum, si extra religionem decedat. Quare si intra aliam obeat, dicendum erit idem, quod numero 29. diximus.



Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo, ac verè professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum induciti.

SVM MARIVM.

Cui acquirant conuersi, & oblati, ac fratres Xenodochij Ioannis de Deo. num. 1.

Cui acquirant veri professi, dolo tamen Abbatis ad profitendum induciti. Refertur textus ansum difficultatis prebens, & proponitur sententia auctoritatis. num. 2.

An exigatur, ut dolo ille causam contractus det? num. 3.

An exigatur, ut decipiens ducatur auaritia acquirenda bonarum. num. 4.

An exigatur, ut is dolo procedat ab Abbate cum consensu Capituli? Refertur quadam sententia. num. 5.

Explicitur sententia auctoritatis. num. 6.

An sufficiat dolo ab alio monacho procedens? num. 7.

An sufficiat, si Abbas doli consensu admittat professionem, vel si quando post professionem est doli consensu? num. 8.

An oriatur sinistra fraudis suspicio ex iuramento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione? num. 9.

An hoc professio instituta in seculo cum conditione, ut si absque liberis decedat, restituat eandem substituto, professio hac excludat substitutum? num. 10.

Quomodo textus hic obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus? num. 11.

An exclusio hac monasterij a successione in bona monachi dolo induciti, habeat locum in foro conscientie? num. 12.

DE conuersis, & oblati breuiter dico, conuersos, qui verè professi sunt, acquirere religioni, sicut acquirunt ceteri professi choro deputati. Quod bene docet Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 10. num. 8. At verò oblati, qui non profitendo se & sua dedicant Ecclesie seculari, aut regulari, cum proprii capaces sunt, nec in ea simplici bonorum dedicatione comprehendantur bona futura, vel ratio Abbate tradit Tap. eo. c. 10. num. 14. acquirunt sibi, & in eorum bona legitimi eorum heredes succedunt. Atque idem dicendum esset de fratribus Xenodochij Ioannis de Deo, antequam essent veri religiosi: iam verò post constitutionem Pauli V. quam retulimus c. 8. num. 44. in qua declarat eos esse veros religiosos, idem dicendum est de illis, quod de aliis religiosi in superioribus diximus.

Circa legitime autem professos, at dolo Abbatis, non tamen sufficienti ad professionem irritandam, inductos, est specialis difficultas (nam quando professio non fuit valida, satis dictum est sup.) & dubitandi ansam præbet textus c. final. 20. quest. 3. qui eisdem profus verbis habetur etiam c. penult. 16. quest. 7. esse desumptus ex Concilio Moguntinensi, ubi hæc verba habentur. Constituit sane sacer iste contentus, ut Episcopi sine Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inbianes, quoslibet homines circumuenciendo torquerent, & res eorum tali persuasione surripuerunt, paenitentia canonica, respote turpis lucri scitantes, subiaceant. Hæc verò, qui electi comam deposuerunt, in eo quod ceperunt, persuerare cogantur: res vera eorum hereditibus reddantur. Ratioque huius decisionis est, quod bonorum oblatio ex professione confurgens sapiat naturam contractus bonæ fidei, omnes enim contractus de iure canonico sunt bonæ fidei, teste Bart. l. 1. c. de plus petition. & in his dolo dans causam contractui, vitiat illum ipso iure, ut notant scribentes l. & eleganter ff. de dol. Quam rationem tradunt Archid. c. final. n. 1. & 3. 20. quest. 3. & ibi Bellameta statim in princ. Berouius c. in presentia. num. 105. de probat. & Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 1. num. 16.

Aliquot tamen conditiones desiderantur, ut decisio-

ni huius textus sit locus, nec succedat monasterium in ea bona. Prima est, ut is dolo causam ingressi dederit, ita vt eo cessante, ille ingressus non sequeretur. Constat ex ratione tradita num. præced. & quia dolo non dans causam contractui, illum non irritat. Et ita docent Archidia. eo. c. final. n. 1. fin. & ibi Bellameta statim in princ. Berouius eod. c. in presentia. n. 103.

Secunda conditio est, ut decipiens comparandi bona inuitu ductus fuerit, secus si intuitu familiaritatis, quam cum ingressuro habebat, aut aliarum dotium, quibus prædictus erat, duceretur. Constat ex text. d. c. final. ibi, sed in auaritiam, & turpe lucrum inbianes, & sic sentiunt lafon auct. ingressi. num. 1. C. de sacros. Eccles. dicens huic textui esse locum, quando ob magnas ingressuri facultates decipiens duceretur; & Aretinus d. cap. in presentia. n. 13. dicens, quando auaritia fuit causa decipiendi; & Nauarr. com. 2. num. 31. de reg. & Azor tom. 1. in situ. moral. lib. 12. c. 20. quest. 1. fin. & Tap. ea auct. ingressi. verb. sua. c. 1. fin. ubi dicunt, quando deceptio fuit causa acquirendi bona. Immo Tap. dicit exigi, ut solus hic animus adfuerit, quod non admittit, sed credo sufficere hunc animum, si esset hic principalis finis, quamuis alij quoque accederent: secus si non esset principalis finis; sed accessorios, quia ex fine principali est res diuidenda.

Tertia conditio est, ut si is dolo non à solo Abbate processerit, sed ab ipso cum maioris partis conuentus consensu; quia cum non sit solius Abbatis ad professionem admittere, sed cum maiori parte conuentus, dolo solius Abbatis non debet conuentui in hac acquisitione obesse. Item, quia c. præced. num. 12. diximus, solam expulsionem iniustam monachi à Prælato factam, non obesse monasterio, quominus acquirat per monachum illum, quia delictum personæ non debet Ecclesie nocere. Quæ ratio militat quoque in hoc casu. Sic tradunt Berouius conf. 18. num. 1. vol. 1. Laelius Zeechius de Reipub. eccles. in de regular. c. 3. num. 14. limitat. 1. Tapia ea auct. ingressi. verb. sua. c. 1. n. 20.

Cæterum hanc conditionem non approbo, sed existimo sufficere dolum solius Abbatis, tum quia text. d. cap. final. de solo Abbatis dolo loquitur, tum etiam, quia hic non agitur de bonis iam monasterio quaesitis, ut quando expellitur professus à solo Abbate; tunc enim agitur de iure quaesito à monasterio ad omnia bona in posterum per religiosum illum acquirenda; sed agitur de bonis acquirendis, in quibus solus Prælati potest Ecclesie præiudicare. Et ita hanc partem sustinent Decius d. c. in presentia, in noua edit. num. 33. & ibi Felin. num. 9. dicens forte ita esse, Berouius n. 110. Ferret, multos alios allegans num. 22. & 23. Nauarr. com. 2. num. 31. de regul. Azor tom. 1. in situ. moral. lib. 12. c. 10. q. 1. fin.

Immo Berouius eo c. in presentia. n. 109. ait aliquando se 7 in ea sententia fuisse, ut sufficeret dolo cuiuscumque religiosi. Sed iure optimo dicitur illi placere, non fat esse dolum multorum monachorum carentium mandato Abbatis; & idem tenet Felin. eo. c. in presentia. numero 9. quia text. d. c. final. aperte petit dolum Abbatis, aut Episcopi, cui religiosi subduntur, quonia cum illi administrationem non habeant, non censetur cum eis contrahi, & sic ipsorum dolo reputatur quasi dolo cuiusdam tertij, qui valori contractus non obstat. l. eleganter. ff. de dolo.

Sufficit tamen si Abbas eius doli consensu admittat ad professionem sic inductum, vel eam professionem à non potente admittere, admissam, habeat ratam: secus quando post legitimum professum est doli consensu. Quia in priori euentu est quasi ipse deciperet: secus in posteriori. Sic Berouius eodem cap. in presentia. numero 111. & 112.

Non tamen oriatur sinistra fraudis suspicio ex iura. 9 mento adhibito in ingressu cum bonorum oblatione. Sic Decius eo. c. in presentia. in noua edit. numero 34. & ibi Aretinus

Aretinus numero 13. Felinus numero 9. Sed hoc intelligendum est, quando motu proprio, & animi impulsu id iuramentum præstitum est: secus si Abbatis suasionibus. Sic Berouius eo. c. in presentia. num. 100.

Hinc deducitur, hac professione dolo Abbatis extorta non excludi substitutum, si hic professus in seculo institutus fuerat sub conditione, ut decedens absque liberis, restituit hereditatem. Quia cum exclusio substituti non sufficit in monasterij fauorem inducta, ut illud succedat non habebit locum in hoc casu, cum ea bona non ad monasterium, sed ad heredes ab intestato illius monachi pertineant. Sic Sfortias Oddo de compendios. substitui. parte 6. quaest. 2. art. 6. dub. 2. num. 11. Peregrinus de fideicommissi. art. 28. n. 2. l. 1. m.

Secundò meritò dubitabit, qualiter textus d. c. final. obliget, cum sit ex Concilio prouinciali desumptus. Respondet, eum obligare, eo quod sit tacite ab Ecclesia

admissus: quod testatur omnium auctorum sententia consentium per illum hæc bona non acquiri monasterio, sed hereditibus ab intestato.

Id demum obseruandum est, nullam exigi Iudicis sententiam, ne monasterium succedat in ea bona. Quod clarè colligitur ex DD. allegatis num. 2. qui dicunt hunc contractum quoad bonorum acquisitionem vitari ipso iure, instar contractum bonæ fidei, quibus dolo causam dedit: hi enim absque Iudicis sententia sunt irriti. Deinde, quia textus vult hæc bona pertinere ad heredes monachi ab intestato. At si ea acquirerentur monasterio, & in pœnam auferrentur ei, non succederent heredes ab intestato, sed filius, iuxta regulam traditam à Baldo l. hereditas. num. 6. C. de his quib. vt indig. & ibi Bart. num. 3. & alii, quos referunt, & sequuntur Couarruias 4. decret. 2. p. c. 18. §. 1. num. 9. fin. Molina lib. 1. de primog. c. 9. num. 26. & 27.

FINIS TOTIVS OPERIS.

alphabetica digestus.

A

Abbas.



Abbas quando concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vitæ suæ, an possit ad libitum reuocare. lib. 7. cap. 29. num. 124.

Abbas an possit bona sui monasterij in feudum dare. l. 7. c. 19. n. 44.

Abbas nomine monachorum in pœnalibus etiam veniat. l. 6. c. 8. n. 84.

Abbas expendens aliquid in vsum vanos, aut turpes, an peccet contra votum paupertatis, & sit proprietarius. l. 7. c. 19. n. 22.

Abbas potest inuito monacho, iniuriam ipsi illatam remittere. l. 6. c. 12. n. 6.

Abbas accusatus an debeat expensas defensionis à monasterio habere. l. 6. c. 12. n. 24.

Abbas potestas an tanta sit in religiosos, ut possit eos in obsequio dare pro debitis monasterij. l. 6. c. 2. n. 63.

Abbas factum in professione expressa exigi, non autem in tacta, quo pacto intelligendum. l. 5. c. 3. n. 4.

Abbas solius an sit absque consensu conuentus profectore. l. 7. c. 14. n. 7.

Abbas solius an sit ad religionis professionem admittere absque conuentu. l. 5. c. 4. n. 64.

Abbatibus accusato à monachis ob delictum, an sit obediendum pendente reparatione. l. 6. c. 2. n. 63.

Abbatibus an sit integrum repudiare hereditatem delatam monacho ipso inuito. l. 7. c. 12. n. 42.

Abbas si videat res depositas apud monachum surripiti, vel perire, neque obiter, cum possit, an teneatur restituere. ibid. n. 32.

Abbatem suum accusare an possit religiosus. l. 6. c. 12. n. 18. An exigatur venia, & licentia ad eum accusandum. ibid. n. 9.

Abbatem quoties accusat religiosus, sunt ei de rebus monasterij ministrandæ impensæ, donec causa debitum sibi em accipiat. ibid. n. 20.

in Abbatem profectiendum certis monasterijs, an possit ante annum profecteri. l. 5. c. 4. n. 15.

inter Abbatem, & monachum an cadat aliqua obligatio naturalis. l. 7. c. 17. n. 34.

Abbas, atque alij Prælati Episcopo inferiores, an possint

sint vnionem beneficiorum facere. ibid. l. 7. c. 19. n. 119. Abbatibus antiqui qualiter difficillima, ac impossibilia substitui præceperint, & iuri nature contraria. l. 6. c. 2. n. 4.

Abbatissa.

Abbatissa potest in suo monasterio professionem monialium acceptare. l. 5. c. 4. n. 76.

Abbatissa an habeat liberam bonorum sui monasterij administrationem. l. 7. c. 19. n. 44.

Abbatissa non gaudet potestate spirituali in moniales, sed sola domestica, & ciuili, qualem habet materfamilias in filiis, & ciuili magistratus in ciues. l. 6. c. 1. n. 17.

Abbatissa nolle obedire an sit mortale. ibid. n. 18.

Abbatissa non potest imponere præcepta spiritualia. ibid. n. 19.

Abbatissa an possit præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ. ibid. n. 20.

Abbatissa potest præcipere sub pœna voti obedientiæ ipsi præstiti. ibid. n. 22.

Abbatissæ an possit committi, ut præcepta spiritualia imponat. ibid. n. 23.

Abbatissa an possit ex commissione Prælati dispensare in ieiuniis, & legibus ecclesiasticis. ibid. n. 24.

Abbatissæ constitutiones confirmatæ à Prælato, an habeant vim præcepti Prælati. ibid. n. 26.

Abbatissa habet iurisdictionem aliquam concessam à confirmante regulam, ad cogendas moniales, ut regulam obseruent, & puniendas ex eius transgressione. ibid. n. 27.

Abbatissa inquirens de monialis crimine, obligat sui mortali ad veritatem patefaciendam. ibid. n. 28.

Abbatissa an possit concedere licentiam ingrediendi in monasteria. l. 6. c. 16. n. 22.

Abbatissis an possit superior generalem licentiam concedere, ut facultate ingressus impertiantur. ibid. n. 23.

Abbatissa vt sit monialis alterius monasterij eiusdem ordinis, iusta est causa concedendæ exitus licentiæ. l. 6. c. 15. n. 45.

Abbatissa esse non potest illegitima absque dispensatione. l. 5. c. 5. n. 19. Eius officium dignitas est. ibid.

ad Abbatissæ munus non desideratur virginitas, nisi ubi mos esset impertienti Abbatissis benedictionem specialem virginum propriam, seu consecrationem. l. 5. c. 5. n. 22.

Abbatissarum communes benedictiones non etiam exigunt virginitatem. ibid.